1493. *Suetonius cum comment. Phil. Beroaldi.--. Commentarios hoſce a Philippo Beroaldo diligenter compoſitos impreſſit Benedictus Hectoris Bononienſis adhibita pro uiribus ſolertia et diligentia; ne ab archetypo aberraret. Impreſſum Bononiæ Anno ſalutis MCCCCLXXXXIII.* fol. Maitt. p. 320.

*1493. Das Buch der Cronicken u. gedechtnus wirdigen geſchichten von anbegyn der Welt biß auf dieſe unſere Zeit von hochgelehrten mannen in latein mit groſſen fleiß u. rechtfertigung verſamelt u. durch Georgium Alten deßmals loſung ſchreiber zu Nürnberg auß deſſelben latein zu zeiten von maynung zu maynung u. beywellen (nit on urſach) auszugs weiſe in diß Teutſch gebracht. u. darnach durch den erbern und achtpern Antho-

(†) Eadem *Metamorphoſis Ouidii cum comment. Raph. Regii per Bonetum Locatellum impenſis Octauiani Scoti* in fol. A. 1493 prodiit. Maitt. p. 321.

Anthonien Koberger daselbst zu Nürnberg gedruckt. auf anregung u. begern der erbern u. weysen Sebalden Schreyers u. Sebastian Kam̃ermaisters burgere daselbst. u. auch mit anhangung Michael Wolgemuz u. Wilhelm Pleydenwurfs maler daselbst auch mitburger. die diß werck mit figuren wercklich gezieret haben. vollbracht am XXIII. tag des monats decembr. nach der gepurt Christi unsers Heylands M. CCCCXCIII. iar. fol.

1493. *Liber Cronicarum, per uiam epithomatis et breuiarii compilati. opus quidem preclarum et a doctissimo quoque comparandum. Continet enim gesta, quecunque digniora sunt notatu ab initio mundi ad hanc usque temporis nostri calamitatem. Castigatumque a uiris doctissimis ut magis elaboratum in lucem prodiret. Ad intuitum autem et preces prouidorum ciuium Sebaldi Schreyer et Sebastiani Kamermaister hunc librum Dominus Anthonius Koberger Nuremberge impressit. Adhibitis tamen uiris Mathematicis pingendique arte peritissimis Michaele Wolgemut et Wilhelmo Pleydenwurf, quorum solerti accuratissimaque animadversione tum ciuitatum tum illustrium uirorum figure inserte sunt. Con-*

summa-

summatum autem duodecima mensis Iulii. A. S. 1493. fol. (Hoc opus alias uocatur *Chronicon Chronicorum*, siue *Chronicon Norimbergense.* Est idem, quod proxime praecedens Germanicum.) Maitt. pag. 319.

*1493 Das Buch der Geschicht des grossen Alexanders. — Hie endet sich die hystori Eusebii von dem grossen Künig Alexandro. Als die der hochgelert Doctor Johann Hartlieb zu München durch liebe des durchleuchtigen Fürsten herzog Albrechts saeliger gedächtnuß in teutsche transferiret u. geschrieben hat. Gedruckt in der löblichen stat Straßburg von Martin Schotten - - - vor Viti u. Modesti, des Jahres da man zalt MCCCC LXXXXIII. jar. 4to. cum figuris ligno incisis et pictis.

*1493. *Petrus de Crescentiis* zu teutsch mit Figuren. Gedruckt u. vollendet nach der geburt Christi MCCCCXCIII. fol.

*1493. *L. Apuleii opera. Impraesa Venetiis per Philippum pinzium Mantuanum Anno Domini MCCCCLXXXXIII.* fol. (†)

*1493 *Noua Rhetorica M. T. Ciceronis.*

(†) Hic *Philippus Pinzius* iam A. 1473 libros Venetiis impressit. Maitt. p. 103.

nis. fons eloquentiae. editore Io. Curto de Eberspach. A. 1493. *Friburgi. 4to.* (†)

* 1493. *Explanatio Psalmorum. Diui ac magni Doctoris Augustini Hipponensis episcopi. Impressum est hoc opus Venetiis per Bernardinum Benalium. anno Domini* MCCCCLXXXXIII. *die* IIII. *Aug.* fol.

* 1493. *Recuperationes Fesulanae. Opus quidem aureum et penitus diuinum quam castigatissime impressit omni solertia Plato de Benedictis Bononiensis in alma ciuitate Bononiae. Anno salutis* MCCCC LXXXXIII. *decimo tertio Kallendas Augustas.* fol. (††)

* 1493. Spiegel der waren Rhetoric uß M. Tulio C. u. andern getütscht. Versamelt, gedruckt volendet zu friburg in brißgau uß hilf des der alle gutheit würckt u. von aller Creatur zu loben ist, durch fridrichen Ridrer, an mitwoch vor

(†) Eodem anno Friburgi *Bonauenturam in Sentent.* impressit *Kilianus*, referente Maitt. p. 318. item Frid. Riderer. Vid. paulo post Spiegel der waren Rhetoric.

(††) Complectitur uero hoc opus *Matthaei Bossi*, Veronensis, Epistolas et Orationes. Eiusdem *Matthaei Bossi*, *Veronensis*, *Dialogos*, *Orationes*, *et Epistolas*, impressas a *Basalero de Basaleris*, Ciue Bononiensi, 4. Bonon. 1493, annotauit Maittaire, *pag.* 322. De *Platone de Benedictis* uid. idem Maittaire, pag. 188, ad *A.* 1488.

vor sant Lucien Tag nach desselben unsers lieben herren Gottes Jhesu Christi geburt vierzehen hundert nünzig und drü Jahr gezalt. fol.

*1494. *Malleus maleficarum.* -. *Anno deitatis MCCCCXCIIII. presens liber quem editor Malleum maleficarum intitulauit per Anthonium Koberger Nurbergen. ciuem est impressus.* in 4to.

1494. *Speculum historiale Vincentii usque ad suum tempus cum additionibus historiarum annexis usque in tempus fere currens, uidelicet MCCCCXCIIII-*

Impensis non mediocribus at cura sollertissima Hermanni Liechtenstein *Coloniensis Agrippinae Coloniae nec non emendatione diligentissima est impressione completum A. MCCCCXCIIII. Nonis Septembr.*

Cuius Hermanni *bonae memoriae haeredibus (e uita enim paullo ante absolutionem operis discesserat,) illu. Dominium Venet. ex gratia speciali concessit, ut nemo alius per decennium id — imprimere aut imprimi facere audeat sub poena pro unoquoque libro ita impresso inuento decem ducatorum ad mulctandum in terris ipsi dominio subiacentibus, sicut in eorum gratia clarius continetur.* etc. fol. [Videmus exemplum Priuilegii librarii.] Maitt. p. 324.

1494. *Anthologia Graeca,* (literis quadratis edita) per *Io. Laſcarem. Impreſſ. Florentiae per Laurentium Franciſci de Alopa, Venetum.* III. *Idus Aug.* MCCCCLXXXXIIII. 4to. (Princeps editio) Maitt. p. 328.

* 1494. *Auguſtinus de ciuitate Dei, cum commento* A. MCCCCLXXXXIIII. fol.

1494. *Diui Aurel. Auguſtini Sermones. Ad fratres in heremo commorantes* 76. *de uerbis domini* 64. *de uerbis Apoſtoli* 35. *in epiſtolam Iohannis Homiliae quinquaginta. per Iohannem de Ammersbach.* fol. Maitt. p. 323.

*1494. *Auguſtinus de Trinitate.* (fortaſſe ibidem; cum eodem uolumine contineatur, eundemque characterem referat.) fol.

*1494. *Genealogiae Ioannis Boccatii: cum demonſtrationibus in formis arborum deſignatis. Eiusdem de montibus et Syluis. de fontibus: lacubus: et fluminibus. Ac etiam de ſtagnis et paludibus: nec non maribus: ſeu diuerſis maris nominibus. Venetiis ductu et expenſis Nobilis uiri D. Octauiani Scoti ciuis Medoetienſis* MCCCCXCIIII. *Septimo Kalendas Martias finis impoſitus fuit huic operi per Bo-*

netum Locatellum. fol. cum quibusdam tabulis genealogicis ligno incisis.

1495. *Augustini Sermones* 256. *de tempore per Iohannem de Ammerbach.* fol. Maitt. p. 330.

1495. *T. Liuii Decades. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum: summa cura et diligenti studio impressae. Anno ab incarnatione domini* MCCCCXCV. fol. Maitt. p. 333.

* 1495. *Horatius cum quatuor commentariis. Venetiis impress. Anno Salutis* MCCCCXCV. fol.

1495. *Cicero de Oratore cum comment. Omniboni Leoniceni; de perfecto oratore; Topica; Partitiones; de claris oratoribus; de optimo genere Oratorum, Demosthen. et Aeschin. Orationes contrariae latine. finis anno ab incarnatione Domini* MCCCCXCV. fol. sine loco et typographo. Maitt. p. 333.

* 1495. *Melliflui deuotissimique beati Bernardi abbatis Clareuallensis insigne opus sermonum de tempore praecipuisque festiuitatibus ac quibusdam specialibus materiis*

teriis exaratum Basilee per Nicolaum Kesler Anno salutis 1495. fol.

1495. *Theodori* (Gazae) *introductiuae Grammatices Libri IV. Eiusdem de mensibus opusculum. Apollonii Grammatici de constructione libri IV. Herodianus de numeris. Impress. Venetiis in aedibus Aldi Romani .octau. Calendas Ianuarias.* MCCCC LXXXXV. fol. Maitt. p. 245.

*1496. *Expositio beati Gregorii Pape super Cantica canticorum. Impressa Basilee. Anno dni millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.* 4to.

*1496. *Expositio beati Gregorii Pape super Ezechielem in omelias. Anno Domini* MCCCCXCVI. 4to.

*1496. *Vocabularius utriusque iuris. Impressus Nurenberge per Anthonium Koberger pro communi omnium utilitate et faciliori aditu ad utriusque iuris noticiam. Anno domini* MCCCCXCVI. 4to.

1496. Das Buch der Chronick u. Geschichten mit figuren und pildnißen von anbeginn der Welt biß auf diese unsre Zeit Gedruckt und volent in der Kaiserlichen statt Augspurg durch Hansen Schönsperger. Im Jar nach

Christi Geburt MCCCCXCVI. am XVIII. tag des Herbstmonats. fol. (sunt chronica Norimbergensia, iam supra etiam ad A. MCCCC XCIII. recensita.) Maitt. p. 337.

*1496. *Theologia naturalis, siue liber creaturarum, compositus a uenerabili uiro, magistro Raymundo de Sabunde, in artibus et medicina Doctore, et in sacra pagina egregio professore. — —. — Finit liber creaturarum. —. impressus Argentine, per Martinum Flach, inibi conciuem, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, mense uero Ianuarii die uicesimo primo.* fol.

*1496. *Liber de contemtu mundi, sive de miseria humane conditionis, editus siue copulatus ab Innocentio papa tertio. Hermanni Bomgart de Ketwich uiri solertis arte et impensis Colonie nuper impressus anno salutis* MCCCXCVI. *d. XX. Septembr.* 8vo.

*1496. *Sermones eximii Sacre theologie doctoris Michaelis de Ungaria cum quibusdam aliis. Impressi per me Hermannum Bumgart de Ketwich, ciuem felicis ciuitatis Colonie Anno salut.* MCCCC XCVI. *die uero XIII. Iunii.* 8vo.

*1496.

* 1496. *Sce Anne legenda atque benedictissie Virginis marie rosarii praeconia in laudem oipotentis Dei atque in maiorem deuocionis ampliationem ad gloriosam uirginem Mariam et eius matrem Annam extendendam et publicandam. Collca sunt per deuotos fratres quorum nomina sint in libro uite scripta. Impressum est Louanii per me Io. de Westfalia* VII. *Nouembr.* A. XC. *sexto.* 8vo. Maitt. p. 103. (†)

1496. *Epitoma Ioannis de Monte Regio in Almagestum Ptolomei.* In fine: *Explicit Magne Compositionis Astronomicon Epitoma Iohannis de Regio monte. impensis non minimis: curaque et emendatione non mediocri uirorum prestantium Casparis Grossch et Stephani Roemer. Opera quoque et arte impressionis mirifica uiri solertis Iohannis Hamman de Landoia, dictus Hertzog. felicibus astris expletum. Anno a prima rerum etherearum circuitione* 8480. *sole in parte XVI uirginis gradiente. In hemispherio Veneto. Anno salutis* 1496. *currente. pridie Calend. Septembr. Venetiis. Maximiliano Romanorum Rege primo faustissi-*

(†) Hic *Io. de Westphalia* iam A. 1473 Louanii impressit *Petr. de Crescentii opus de agricultura.*

faustissime imperante. fol. cum figuris mathematicis. Vid. Maittaire, *pag.* 338.

1496. *Diodorus Siculus*, (interprete Poggio Florentino.) (†)

Explicit foeliciter opus Diodori Siculi diligenter ac accuratissime emendatum per Bartholomaeum Merulam: Acque Veneciis impraessum per Magistrum Ioannem de Cereto de Tridino, alias Tacuinum. Anno Salutis dominice. MCCCCLXXXXVI. *XII. Kalen. Octobr. Imperante Serenissimo principe Augustimo Barbadico. Laudes Deo iugiter.* fol.

*1497. *Liber Epistolarum Sancti Hieronymi.*

Si delectet opus? nomen si forte rogaris
Artificis? legito: carmina lecta dabunt.
Hieronymus latii sum gloria: me uenerantur
Christicolae: sum nam doctor et Ecclesiae.
Conscripsi uaria: distinxi et ordine psalmos.
Biblia quid referat meque dedisse putes.
Quasque uides coram missiuas transfer: habebis
Lex sacra dicar ego: Huic quoq; Hieronymus.

Nil

(†) Complectitur hoc opus *Libros sex historiae fabulosae.* Scilicet Poggius ex primo Diodori Libro duos fecit. Confer. Vayerius *T. III iugement sur Diodore, pag.* 42 *seq.* Vid. Maittaire, *pag.* 339.

Nil Lachesi superat: Nicolaus uiuere Kesler
Nomen perpetuo me facit ingenio.
Cui merito celebris urbs inclyta secta que ab undis
Rheni condignum dat Basilea locum.
Non nummis nocuis (lector credas ne: labori
Attestatur opus) parcere doctus erat.
Menda operi nulla est: calamum fugias: pete chartas
Pressas: arte noua quaere characteribus.
MCCCCXCVII. fol.

1497. *Epistolae Marsilii Ficini Florentini.* In fine: *Marsilii Ficini Florentini, eloquentissimi uiri, Epistolae familiares per Antonium Koberger impraesse. Anno incarnate Deitatis* MCCCCXCVII. XIII *Februarii finiunt foeliciter.* 4. in duplo. Maitt. p. 348.

1497. *Tullius de Oratore cum commento, et alia opera: Vniuersi operis ab Anthonio Koberger impraessi Anno a Natiuitate domini Millesimo quagringentesimo nonagesimo septimo finis die XXVI. Martii* fol. Maitt. p. 346. (†)

D 4 Eundem

(†) Hi omnes libri Ciceronis, qui in hoc uolumine continentur, a Kobergero impressi sunt secundum editionem paullo antiquiorem, in cuius fine hæc uerba leguntur: *Vniuersi operis finis per Bartholomaeum Alexandrinum et Andream Asulanum. impressi Venetiis A. natiuitatis Dominicae MCCCCLXXXXV. III. Nonas Martias.*

(Eundem ordinem, eadem uerba, eundemque commentarium, retinuit *Koberger*, qui eſt in citato opere, neque ab eius lectione diſceſſit, niſi ubi per uitia typographica aberrauit: neque quicquam omiſit, niſi epiſtolam calci illius operis adiectam, quam *Hieron. Squarzaficus Alexandrinus* ad Dominum *Petrum Buſonum*, Hieroſolymitanorum equitum Principem digniſſimum dedit; in qua inter alia ſic ſcribit: *Quum pridie ab impreſſoribus rogatus enixe forem, ut Ciceronis librum de Oratore reuiſerem, nam ab aliis impreſſoribus multis erroribus deprauatum eſſe deprehenderant, ut eorum uoluntati morem gererem, et ut librum emendatiorem legentibus redderem, laborem non recuſandum eſſe duxi, ut aliquo etiam nos adiumento linguae latinae eſſemus. Huic adieci perfectum Oratorem ad Brutum illiusque Topicam, librum partitionum, cum alio de claris Oratoribus, et Q. fratris compendiolum de petendo conſulatu, quamquam ad Oraroris perfectionem non pertinet; ſed quia perrarum illud eſſe ſciebam, reliquis adiecimus; in ultimo uero de optimo genere dicendi. etc.*) Vid. Maittaire, *pag.* 346.

*1497. *Terentius, cum tribus commentis, uidelicet Donati, Guidonis Iuuenalis, et Calphurni.* — —. *Hoc opus impreſſum eſt Venetiis, per Simonem de Luere, impenſis Lazari Soardi, qui obtinuit a Dominatione Veneta, quod nullus poſſit imprimere, nec imprimi facere, in eorum dominio, ſub poena contenta in priuilegio, et completum fuit tertio Nonas Iulii.* MCCCC XCVII. fol. (†)

*1497. *Ouidii Naſonis Libri Faſtorum, cum comment. Bartholomaei Merulae, et Antonii Conſtantii Fanenſis.*

Impreſſum Venetiis opera et impenſa ſolertiſſimi uiri Ioannis Tacuini de Tridino, Cenſore uiro eruditiſſimo, Bartholomaeo Merula,

D 5

(†) *Maittair. T. I. Annal. typogr. p.* 347, tradit, *Terentium, cum comment. Donati, Guid. Iuuenalis, et Calphurnii,* etiam A. 1497, *Venetiis*, per *Simonem*, *dictum Beuilaqua*, *fol.* prodiiſſe. Crediderim, hanc non eſſe aliam editionem a noſtra, niſi idem oſtendiſſet, *pag.* 188, alium typographum eſſe *Simonem de Luero*; et *pag.* 102, alium *Simonem Beuilaquam*, ſiue, *Bibilaquam*, *Papienſem.* Ceterum, uides hic iterum exemplum *Priuilegii librarii*; cum D. D. Loeſcherus, *Strom. pag.* 287, haec ſcripſerit: *Primum, quod ſciam, Priuilegium librorum datum eſt A.* 1154. *cuius mentio fit in fine Sermonum Io. Kaiſerbergii.*

rula, *Mantuano. Inclyto ac feliciſſimo Principe Auguſto Barbadico*, *Anno* MCCCC LXXXXVII, *pridie Idus Iunii.* fol.

* 1497. *Stultifera nauis Sebaſtiani Brant.* — —. *Finis Narragonici nauis per Sebaſtianum Brant uulgari ſermone Theutonico quondam fabricate : atque iam pridem per Iacobum Locher cognomento Philomuſum in latinum traducte ; perque prefatum Sebaſtianum Brant denuo reuiſe aptiſſimisque concordantiis et ſupplantationibus exornate. In laudatiſſima Germaniae urbe Baſilienſi, nuper opera et promotione Iohannis Bergman de Olpe. anno ſalut. milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo. Kalendis Martiis.* Poſt indicem autem iſta uerba legimus : *Finit Regiſtrum ſtultifere Nauis. Impreſſus in imperiali urbe Auguſta per Iohannem Schenſperger. anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo*, *Kal. April.* 8vo. cum figuris ligno deſcriptis.

* 1497. *Nicolai Leoniceni Vincentini liber de Epidemia quam uulgo morbum Gallicum uocant. Venetiis in domo Aldi Manutii* MIIID. 4to.

1497.

1497. *Opus de claris sceletisque* (selectisque) *plurimis mulieribus a fratre Io. Philippo Bergomense editum: maxima cum diligentia reuisum et castigatum per Reuerend. Sacre theologie doctorem Magistrum Albertum de placentia: et fratrem Augustinum de Casali maiori eiusdem facultatis Baccalarium ordinis minorum.* — —. *Ferrarie impressum. Opera et impensa Magistri Laurentii de Rubeis de Valentina. tertio Kal. Maias anno salutis nostre* MCCCCLXXXXVII. *Religioso inuictissimoque principe: diuo Hercule: Duce secundo: Ferrariensibus legitime imperante.* fol. Maitt. p. 345. (cum figuris ligno incisis, in cuius libri fol. 133. memoratu digna est Historia *Iohannae Papissae.*)

* 1497. *Venerabilis fratris Nicolai de Lyra ordinis Seraphici Francisci preceptorium, siue expositio tripharia breuis et utilis in Decalogum legis diuine.* — . *Impressum Colonie per me Hermannum Bumgart de Ketwych. A. Domini* 1497. *mense August.* 8vo.

* 1497. *Declaratio et defensorium priuilegiorum fratrum mendicantium. Impressum*

pressum Colonie per Hermannum Bumgart de Ketwich, *Anno Dni* MCCCCXCVII. *d.* 25. *Septembr.* 8vo.

1498. *Horatii Flacci Venusini Poetae lyrici cum quibusd. annotationibus imaginibusque pulcerrimis aptisque ad Odarum concentus et sententias.* — —. *Impressum in celebri : libera : imperialique urbe Argentina. opera et impensis sedulis quoque laboribus Prouidi uiri Iohannis Reinhardi, cognomento Gunninger, ciuis eiusdem ciuitatis Argentinensis &c. absolutum Anno Dni* MCCCCXCVIII. fol. Maitt. p. 354.

1498. *Lucanus, cum comment. Sulpicii Verulani et Omniboni Vincentini.* — —. *Venetiis impressum per Simonem beuilaquam papiensem. Anno salutis Christianae* MCCCCXCVIII. fol. Maitt. p. 354.

1498. *Tullius de Officiis cum commentariis Petri Marsi eiusque recognitione. etc. Impressum Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio. Anno natiuitatis domini nostri Jesu Christi* 1498. fol. Maitt. p. 354.

(In-

(Insunt praeterea *paradoxa*, de *amicitia*, de *senectute*, cum interpretibus suis.)

1498. *Fabulae Aesopi*, *Germanice*.

— —. *Esopus* der hochberühmbt fabel Tichter mit ettlichen zugelegten fabeln Rimicii und Aviani endet sich hie. Gedruckt und volendet in der keyserlichen stat Augspurg von Hannßen Schönsperger, am Dornstag nach sant Bartholome. Nach Christi gepurt. M. CCCC. und LXXXXVIII. fol. cum figuris ligno descriptis.

1498. *Aristotelis de natura animalium Libri nouem. De partibus animalium libri quatuor. De generatione animalium libri quinque, interprete Theodoro Gaza.*

Impressum Venetiis mandato et expensis nobilis uiri Domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis. Die VIIII Augusti. 1498. *per Bartholomaeum de Zanis de Portesio.* fol. Maitt. p. 351.

1499. *Plautinae uiginti Comoediae emendatissimae, cum accuratissima ac luculentissima interpretatione doctissimorum uirorum*

(†) In praefatione dicitur D. Henricus Steinhobel has Fabulas in linguam Germanicam transtulisse. Antiquiorem harum fabularum editionem, eamque sine nota temporis et loci, infra, in *Parte III huius Indicis*, recensebimus.

rum Petri Vallae Placentini et Bernardi Saraceni Veneti. fol.

Praemittuntur Io. Petri Vallae commentationes; ſub quarum initium extat hoc *Andreae Maronis Brixienſis* Epigramma:

Si cupiuut Muſae legier ſermone Latino,
En, tandem Plauti lingua placere poteſt!
Valla etenim patriae laudis non degener heres
Vatem barbaricis eruit ex tenebris.
Quem nitidum Marcus Firmanae gloria gentis
Aere ſuo terris primus habere dedit.
Vos meritum Vallae et Marci conferte Camenae;
Ille uni Plauto profuit, hic Populis.

Sub finem haec uerba leguntur: *Impreſſum Venetiis aere et impenſa eruditi uiri, Marci Firmani.*

Sequuntur ipſae *Comoediae Plauti*, cum emendationibus et enarrationibus *Bernardi Saraceni*; nitide impreſſae. Sub calcem Libri iſta legimus: *Impreſſum Venetiis per Simonem Papienſem, dictum Biuilaqua, et ſumma diligentia emendatum, ut ex poſtremis caſtigatiouibus patebit. Anno humanitatis Chriſti* MCDXCIX. *XV Kalendas Octo-*

Octobres. Sereniſſ. Auguſtino Barbadico Venetorum Duce Imperante.

Subiiciuntur duo epigrammata *Palladii Sorani*, et ſignum *Simonis Biuilaquae; Regiſtrum*, ſic dictum; et index *erratorum typographicorum.* Maitt. p. 360.

1499. SVIDAE LEXICON, Graece. — —. *Anno ab incarnatione* MCCCC LXXXXVIIII. *die XV. nouembris. Impreſſum Mediolani impenſa et dexteritate D. Demetrii Chalcondylae. Iohannis Biſſoli. Benedicti Mangii Carpenſium.* fol. Maitt. pag. 362. Eſt editio princeps.

1499. *Ciceronis Tuſculanae Quaeſtiones, cum comment. Beroaldi et Omniboni.* — —. *Impreſſum Venetiis per Bartholomeum de Zannis de Porteſio.* 1499. fol. Maitt. p. 359.

1499. *Terentius, cum* { *Directorio gloſſa interlineali* { *uocabulorum* / *ſententiarum* / *artis Comice* } / *Commentariis* { *Donato* / *Guidone* / *Aſcenſio* } }

Impreſſum in imperiali ac libera urbe Argentina per Iohannem Grunninger. Ad illam formam ut intuenti jocundior, atque intellectu facilior eſſet per Ioannem Curtum

ex

ex Eberſpach redactum. Anno a natiuitate dmi. 1499. fol.

1499. *Perſius, cum comment. Cornuti Britannici et Foncii. Impreſſum Venetiis ſumptu diligentiſſimi uiri Ioannis de Tridino. Anno a natali Chriſtiano* MCCCC XCIX. fol. Maitt. p. 361

* 1499. *Opuſculum ſcribendi epiſtolas franciſchi Nigri, arte quoque impreſſoria Foederici Riedrers hegon. elaboratum eſt Friburgo. Anno Dominicae incarnationis Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.* 4to.

* 1499. *Sacri canonis miſſe expoſitio in alma uniuerſitate Tuvvingenſi ordinarie lecta. Expenſis Friderici Meynberger.* 1499. (Hic iam A. 1488 libros impreſſit Tubingae. Maitt. p. 188.)

1499. *Nicolai Perotti Cornu copiae. Venetiis in adibus Aldi. menſe Iulio.* MID. fol.

FINIS PARTIS II
Indicis Librorum quorundam Saeculo XV impreſſorum.

PARS III INDICIS *LIBRORVM QVORVNDAM* SVB INCVNABVLA TYPOGRAPHIAE IMPRESSORVM,

QVOS

POSSIDET ALTORFII

CHRISTIANVS GOTL. SCHVVARZIVS,

PROF. PVBL.

1471. *M. Fabii Quinctiliani institutiones Oratoriae.* fol.

In fine haec leguntur:

QVINCTILIANVM ELOQVENTIAE FONTEM AB ERVDITISSIMO OMNIBONO LEONICENO EMENDATVM. M. NICOLAVS IENSON GALLICVS VIVENTIBVS POSTERISQVE MIRO IMPRESSIT ARTIFICIO.

ANNIS. M.CCCC LXXI. MENSE MAII DIE XXI. DEO GRATIAS.

Præmiſit operi huic Omnibonus Leonicenus epiſtolam *Moyſi de Buſarelis*, Epiſcopo Belumnenſi, dedicatam, in qua, inter alia, haec ſcripta leguntur: *Accedebant iuſtæ preces magiſtri Nicolai Ienſon Gallici alterius (ut uere dicam) Dædali: qui librariæ artis mira-*

bilis inuentor; non ut ſcribantur calamo libri: ſed veluti gemma imprimantur: ac prope ſigillo primus omnium ingenioſe monſtrauit. Quibus uerbis non primam inuentionem ipſius typographiae, ſed perquam nitidorum elegantiumque characterum, indicari puto. Sub finem eiusdem Epiſtolae ſic pergit Omnibonus: *Sed bene deus, qui ſua pro benignitate orſis noſtris ſucceſſus proſperos dedit: altero quidem tertioue excepto loco: ubi exempla ut videntur graeca latinis deprauata lituris verius quam literis emendationem non accipiunt: nec auctorum unde ea ſumpta ſunt nomina ponuntur: ut ex his quæri poſſint. Cætera omnia: ut ego quidem arbitror ita ſunt pro mediocritate ingenii mei caſtigata: ut eruditis ingeniis ſatisfactum iri non dubitem.* (†)

1472.

(†) Pulcherrima certe editio, neque facile obuia. Maittaire *T. I Annal. Typograph. p.* 93, ait, hunc librum impreſſum eſſe *Venetiis*; at Saubertus, in *Hiſtor. Biblioth. Norimb. p* 119, *Pariſiis*. In noſtro exemplari locus impreſſionis non deſignatur. Interim non dubium eſt, quin *Venetiis* exierit in lucem; utpote in qua urbe, annotante Maittair. p. 37, praeli ſui ſedem fixerat princeps ilie typographus, aut certe, qui poſt primos typographiae inuentores, *Fauſtum, Schoefferumque*, primus ſe in conſpectum dederat, primusque

hanc

1472. *Alcinoi disciplinarum Platonis Epitoma, id est, breuiarium incipit. Episcopi Tropiensis* [Petri Balbi] *ad Nicolaum Cusensem conuersio.*

In fine: *Epitoma Alcinoi in disciplinarum Platonis desinit. Anno salutis M. CCCC. LXXII. die uero. XXIIII. mensis Nouembris.* fol. (†)

E 2 *—. *Li-*

---

hanc artem mirifice in fastigium euexerat. Refert Maittaire, hunc ipsum typographum iam A. 1461 librum impressisse, cui titulus: *Decor puellarum*; nisi forte, quod non nulli suspicantur, uitium in numeris lateat, scribique debuerit MCCCCLXXI. Ab anno enim 1461 ad 1470 nihil constat, quod ex eius officina prodierit. At ab anno 1470 ad A. 1482 perquam multos scriptores Latinos elegantibus literis puraque charta euulgauit, &, quod mirum uidetur, undecim libri adhuc annotati reperiuntur, quos uel intra duos annos, 1470 scilicet & 1471, typis exscripsit. Id adhuc obseruandum, Nicolaum hunc Iensonium eos potissimum libros, qui ad humaniora studia pertinent, Romanis iisque perquam uenustis characteribus; theologorum autem et Iurisconsultorum scripta, *Gothicis typis*, impressisse; & in hoc Quinctiliano etiam pro uerbis sententiisque Graecis lacunas uacuas reliquisse; uel, quia nec Graeca habuit Codex uetustus, unde haec editio expressa est; uel quia adhuc typi Graeci defuerunt.

(†) Huic libello Alcinoi in eodem uolumine praemissi sunt sequentes tres alii tractatus, qui, cum eosdem prorsus characteres, et eos quidem nitidos,

* —. *Libellus de uita et moribus philosophorum.* fol. (†)

Praemittitur *Tabula secundum ordinem Alphabeti in uitas philosophorum iuxta capita demonstrans uirtutes et uitia in eisdem designata.* Item alter Index, qui ipſa *nomina Philosophorum et Poetarum* ſecundum ordinem Alphabeti exhibet.

* —. *Honorii Imago mundi.* fol.

Praemittitur huic operi breuis epiſtola, qua Honorius rogatur, ut, quia *immenſa ſapientia circumfulgeat*, *aliquam ſcintillam ſuae flammineae ſcientiae aliis impertiatur*, *et poſitionem orbis quaſi in tabella deſcribat.* Cui epiſtolae haec praefixa eſt inſcriptio : *Cri-*

tidos, eandemque chartam ſplendidam, quae *caput bubulum, cruce impoſita*, tamquam ſignum chartarii refert, exhibeant, merito ad eandem impresſionis aetatem referuntur: atque ita eosdem libros coniunctos commemorat Maittaire, p. 96; neque tamen, ut ille refert, in *epiſtola dedicatoria* Epiſcopus Tropienſis affatur Nicolaum Cuſenſenſem Cardinalem, Anno 1472, 24 Nou. Sed tempus impreſſionis ipſi fini libri in hoc exemplari ſubiicitur. Alia ergo eſt editio, quam Maittaire recenſuit; eaque paullo iunior, quae tantum impreſſionis antiquioris tempus ad epiſtolam dedicatoriam annotauit.

(†) De his uitis philoſophorum et poetarum iam ſupra P. I, ad annum 1477, nonnihil annotauimus.

Cristianus(†) *ad Solitarium* (††) *quendam de ymagine mundi. Honorio* :·

(†) An *Christianus* hoc loco sit nomen proprium, liquide definiri non potest. Interim fortasse non incongruens foret, si quis hunc habeat pro aequali Honorii, *Christiano Moguntino*, qui, docente Serrario, fuit uir eruditus & epistolas uarias orationesque praestantes, et uitam Friderici I Imper. scripsit, et Ecclesiae Moguntinae ab A. 1165 ad A. 1183 praefuit.

(††) Quis fuerit ille *Solitarius*, siue *Honorius*, perquam obscurum est. Suspicor, fuisse *Honorium Augustodunensem*: quem quidem Vossius, de *Historicis Latinis*, tradidit, uixisse A. cIↄccxx; sed a Sandio recte correctus est, qui eum ad A. 1140 refert. Halleruordius, etiamsi in designando tempore dissentiat, cetera tamen bene animaduertit. *Honorius*, inquit, *Augostodunensis Presbyter nomen sibi peperit magno Chronicorum opere, cuius mentionem iniicit Engelbusius, in Praef. sui Chronici, hisce uerbis*: HONORIVS SOLITARIVS, *qui scripsit Chronicam solennem, et gemmam animae. Perduxisse illud ad tempora Lucii III, Pontificis*, (qui anno 1181 sedere coepit) *idem Engelbusius p. 241, ubi de Lucio agit, sic affirmat*: *Hucusque scripsit Honorius Chronica sua.* In augustissima Bibliotheca Vindobonensi, referente Lambecio, *T. II, p. 3 et 70*, Codex extat MSC. cuius hic titulus: *Honorii de mundo & Temporum ac rerum ad Conradum III, siue annum 1137, successione, Libri tres.* Frisius, in *Biblioth. Gesner.* annotat, sub *Honorii* nomine Chronicon editum Basileae, A. 1544, esse epitomen maioris operis; quod forte ab aliis, si non ab ipso Honorio, ad tempora Lucii III, Papae, fuerit continuatum. Nostrum igitur exemplar etiam non nisi Epitomen maioris operis, quod nondum editum est, referre uidetur.

Sequitur Honorii Prologus, in quo reſpondet auctor ſuperiori epiſtolae Chriſtiani, et ſic deſinit: *Ad inſtructionem itaque multorum quibus deeſt copia librorum hic libellus edatur. nomenque ei ymago mundi indatur. eo quod diſpoſitio totius orbis in eo quaſi in ſpeculo conſpiciatur.* etc. Ipſum opus in tres Libros diuiditur; in quorum primo agitur *de forma mundi, de creatione mundi, de ſeptem nominibus terrae, de terrae forma, de quinque zonis, de Aſia, de India, de Aſia minore, de Europa, de Africa, de Inſulis, de Inferno, de aqua, de aere, de igne, de coelo, de ſignis, de Hyadibus, de hydra.* In altero libro agitur *de tempore*, eiusque diuiſione; *de ſeptem temporibus noctis, de menſibus Romanorum, de Calendis, de anno, de cyclis, de aetate, de epactis, de clauibus terminorum, de regularibus, de emboliſmo.* In tertio Libro *ſeries temporum*, & quaſi compendium cuiusdam *chronologiae* usque ad tempora Conradi III. Imp. proponitur; de qua in ultima pagina hi decem uerſus leguntur:

Henricus dux bauariae regnauit annos. xxiii. menſes. V. Babemberc conſtruitur. Ruzi et polani et ungarꝫ facti ſunt xp̄iani. Conradꝰ regnauit annos. XV. Spira conſtruitur. Gothardꝰ ep̄us claruit Henricus pius filiꝰ conradi regnauit annos. XVII Henri-

Henricus filius ei⁹ regnauit annos. XLViii. Rudolfus occiditur. Hermann⁹ occiditur. Conradus obyt tyranni. Anno epūs claruit Henricus fili⁹ superioris XVII. annos regnauit. Lotbarius regnauit annos XII. Conradus regnauit annos. Xiii :·

* — . *Poggii Florentini, Oratoris eloquentissimi, ac secretarii Apostolici, facetiarum Liber.* (†)

* 1473. *Introductorium Alcbabitii Arabici ad scientiam iudicialem Astronomiae.*

In fine: *Emendatum. per. eximium. artium. et. medicinae. Doctorem. D. M. Matheum. Moretum. de. Brixia. Bononiae. legentem. anno. Domini. M. CCCC LXXIII.* in 4.

* 1475. *Liber beati* AVGVSTINI *Episcopi, qui uocatur Quinquaginta.* (††)

— *Anno Dñi. M. CCCC. LXXV. circiter Kal. Februarii impressus est liber iste ad honorem Dei, per Anthonium Sorg, in Augusta.* fol.

(†) Hoc opus primum A. 1475 a *Friderico Creusnero*, typographo Norimbergensi, impressum prodiisse, putauit Maittaire; cum nostrum exemplar utique pertineat ad ceteros, anno 1472 impressos, qui eodem uolumine continentur, et eosdem typos, eandemque chartam, referunt.

(††) Exhibentur hic L Homiliae Augustini. Est prima editio,

* 1474. Ob einem Mann sey zenemen ein erlich Weib / oder nit. (†)

In fine: Gedruckt zu Augspurg von Johanne Bämler / in dem LXXIIII Jare. fol.

* 1476. *Incipit expositio seu explanatio sancti* AMBROSII *episcopi in corpus Euangelii sancti Luce euangeliste. Et diuiditur in decem capitales libros.* etc.

In fine: *Magni ecclesie militantis luminaris Ambrosii: super Luce Euangeliste euangeliis: scripta: per Anthonium Sorg incolam opidi Augustensis: ob nature naturantis gloriam huiusque exilii ampliorem eruditionem: stanneis Karacteribus artificialiter effigiata. Actus purissimi presidio finiunt felicissime: dominice incarnationis Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.*etc.fol. (††)

1482.

(†) Quidam possessor huius libri titulo manu sua praescripsit nomen *Alberti ab Eyben*, quasi auctoris. Iam Conradus Gesnerus quidem, in *Bibliotheca*, annotauit, Albertum istum *librum Epistolarum de re uxoria* edidisse: cum uero hic Germanicus liber non ad modum epistolarum sit scriptus, nihil hic definire possumus. Idem tamen liber etiam sub *Alberti Eybenii* nomine, Augustae per *Gintherum Zeinerum* A. 1472 impressus, recensetur a V. CL. Schelhornio, *Tomo III Amoenit. literar. pag.* 129.

(††) Est prima huius operis editio.

1482. *Persii Satyrae*, *cum commentario Bartholomaei Fontii.* fol.

In fine: *A. Persii Flacci Satyrarum Finis. Anno M.CCCC.LXXXII. Mensis Decembris die XXIIII. per me Magistrum Renaldum de Nouimagio Theutonicum Venetiis impressum.*

Subiicitur his Satyris *Bartholomaei Fontii Epistola ad Franciscum Saxettum de uocabulis mensurarum & ponderum*; item, *Vita Persii*; et tandem *Registrum libri.* Vid. Maittaire, *pag.* 169.

* 1485. *Hortus sanitatis*, *siue Herbarius*; Germanice, cum figuris herbarum ligno descriptis pictisque. fol.

In Prooemio haec habentur: — habe solches löbliches Werck lassen anfahen durch einen Meister in der Artzeney geleret. — Und do ich uff entwerffunge und Kuntersetzung der kreuter gangen byn in mitler arbeyt. vermerckt ich/ daß viel edeler kreuter syn die in dißen teutschen landen nicht wachsen. Darumb ich dieselben in irer rechten Farbe und gestallt anders entwerffen nicht mocht dan von hören sagen. deßhalben ich solichs angefangen Werck unsolkomen und in der fedder hangen ließ /

so lange biß ich zu erwerben gnade und ablaß mich fertiget zuziehen zu dem heiligen grabe. — — Nam ich mit mir einen Maler von Vernunfft und hant subtiel und behende. — — Und nenne diß Büch zu latin Ortus Sanitatis. uff teutsch ein gart der Gesundheit. in welchem garten man findet. cccc. und xxxv. kreuter mit andern creaturen krafft und dogenden. &c.

In calce libri haec uerba rubro colore impressa legere licet:

Disser Herbarius ist ctzu Menctz gedruckt und geendet uff dem xxviij dage des Mertz. Anno. M. cccc. lxxxv.

Sequuntur insignia *Ioh. Fausti* & *Petri Schœfferi*, primorum typopraphiae inuentorum, rubrica impressa: (†)



1485.

(†) Vtraque haec insignia adhuc diu postea libris in typographia Schoefferiana impressis, etiam a posteris, fuisse addita, animaduerti. Sic libellum

1485. *Libellus Ysagogicus Abdilazi id est serui gloriosi DEI: qui dicitur Alchabitius ad magisterium iuditiorum astrorum: interpretatus a Ioanne Hispalensi. scriptumque in eundem a Iohanne Saxonie editum utili serie connexum incipiunt.*

In fine: *Finitur scriptum super Alchabibitium ordinatum per Iohannem de Saxonia in uilla Parisiensi anno* 1331. *Correctum per artium & medicine doctorem dominum Bartholomeum de Alten de nusia. Impressum arte ac diligentia Erhardi Ratold de Augusta imperante Iohanne Mocenio Venetiarum*

lum teneo, cui hic titulus: *Aureum planeque diuinum opusculum Mercurii Trismegisti de potestate ac sapientia dei: interprete Marsilio Ficino Florentino.* In fine haec scripta sunt: *Desideratissimo Christi Ihesu op. max. auspicio vel maxime fretus extremam sane quam lepido huic opusculo manum imposuit spectatissimus ille uir IOANNES cognomento OPILIONIS. primarius ciuis metropolitane urbis Maguntine. faustissima eorum propagine satus. qui diuinam ferme calcographie artem propitiis fatis inuenerunt. Anno virginei partus.* 1.5.0.3. *octauo Idus Apriles. -- --. Impressum & expletum est diuinissimum presens opusculum in nobili urbe Maguntina artis impressorie inventrice illuminatriceque prima. per IOANNEM SCHOEFFER Anno Dni Millesimo quingentesimo tercio. In vigilia palmarum.* in 4.

His subiiciuntur insignia Fausti & Schœfferi modo dicta, eaque colore atro expressa.

rum duce. Anno ſalutifere incarnationis. 1485. *Venetiis.* in 4. (†)

* 1485. *Opuſculum repertorii pronoſticon in mutationis aeris tam uia aſtrologica quam metheorologica. etc.* Accedit *Hyppocratis libellus de medicorum aſtrologia, a Petro de Abbano in Latinum traductus.*

In fine: *Impreſſus eſt arte ac diligentia mira Erhardi Ratdolt de Auguſta. — — Anno ſalutiferae incarnationis.* 1485. *Venetiis.* 4. (††)

* — — *Incipit Liber Phyſionomiae quem compilauit magiſter Michael Scotus, ad preces.* D. FEDERICI ROMANORVM IMPERATORIS. *Scientia cuius eſt multum tenenda in ſecreto: eo quod eſt magnae efficacia.* — — .

In

(†) Maittaire, *T. I Annal. typogr. pag.* 179, annotauit quidem hunc librum, ſed fere alio titulo: *Albobazen liber completus in iudiciis ſtellarum, per Erhardum Ratdolt de Auguſta. Venetiis, A.* 1485, *4. Non. Iulii.* Noſtrum exemplar ſaltem diem finitae impreſſionis haud exhibet. Aliam hujus libri editionem ſupra ad A. 1473 recenſuimus.

(††) Hic liber habet numeros foliorum ſuperne impreſſos, cum iis deſtituatur proxime praecendens opuſculum ab eodem typographo eodemque anno impreſſum.

In fine: *Michaelis Scoti de procreatione et hominis Phisionomia opus feliciter finit.* in 4. (†)

1487. *Tibullus, cum commentario Bernardini Veronensis.* fol.

In fine: *Impressum Venetiis per Magistrum Andream de Palthaschichis Cataren-sem. M.CCCC.LXXXVII. decimo octauo Kalen. Ianuarias.* (††)

— — *Catullus, cum commentario Antonii Parthenii Lacisii Veronensis.* fol. (†††)

1488.

(†) Hic libellus non quidem habet notam expressam typographi et temporis: non tamen dubito eum referre ad eundem typographum, & ad idem tempus impressionis, quo proxime praecedentes duo libelli exierunt; cum eandem chartam et eosdem characteres referant, eodemque uolumine contineantur. In toto libello sermo dirigitur ad FERDINANDVM, gloriosissimum Imperatorum; et in prooemio sic definitur *Physiognomia: Est doctrina salutis: electio boni: et uitatio mali: compraehensio uirtutis & praetermissio uitiorum.*

(††) Vid. Maittaire, pag. 203, ubi hic typographus *Andreas de Parascischis* scribitur. Nescio, an non alius sit *Andreas Iacobi Catharensis*, qui A. 1476 *Diodori Siculi Libros sex* impressit, teste Maittaire, p. 120?

(†††) Vid. Maittaire, pag. 203. Quamuis uero in hac editione neque nomen typographi, neque tempus impressionis, exprimantur; sine dubio tamen

1488. *Propertius, cum Antonii Volſci interpretationibus, ad Iulianum Honoratis, Oſtienſem Antiſtitem.* fol.

Impreſſum hoc opus Venetiis per magiſtrum Andream de Pataſcichis Catarenſem. M.CCCC.LXXXVIII. Kl. Februa. Vid. Maitt. pag. 208.

* 1488. *Opus excellentiſſimi iuris utriusque Monarche Dñi Io. Fabri ſuper inſtitutionibus, ſine quo legum incunabula incaſſum iuuenculus animus aſſequi laborat.*

In fine: *Famoſiſſimi utriusque iuris conſulti, Ioannis Runcini, dicti Fabri Gallici, ſuper libro inſtitutionum commentarii finiunt. a celeberrimo iurisconſulto Petro Albignano Trecio caſtigati, et impenſa opera et induſtria Andreae Papien. cognomento Calabren. Venetiis impreſſi. iunii VIII. Summo Pontifice Federico chriſtianorum Imperatore. Auguſtino Barbadico Venetiarum* Prin-

men idem typographus, eodem anno, aut certe proximo, Catullum hunc impreſſit, qui impreſſerat praecedentem editionem Tibulli et ſequentem Propertii. Idem enim prorſus typus, eademque charta, forcipe inſignita, conſpicitur; et eodem uolumine hi tres poetae compacti ſunt. Quid? quod, cum in Tibullo, *ſignaturae*, uti uocantur a typographis, *a. b. c. d. e. f.* deſignentur; eaedem in Catullo continuantur, et ſequentibus literis: *g. h. i. k. l. m.* notantur.

Principe A. Dn. incarn. 1488. *VIII Idus Iunias.* fol. mai.

* 1488. *Clarissimi uiri* HYGINI POETICON ASTRONOMICON.

— *Anno salutifere incarnationis millesimo quadringentesimo octogesimo octauo, mensis Iunii die septima. Impressum est præsens opusculum per Thomam de blauis de Alexandria. Venetiis.* Cum figuris ligno descriptis. in 4.

* 1489. Verſehung Leib Seel Er und Gutt. — Gedruckt in der Erenreichen ſtat Nurenberg in dem 1489 iare. in 4. (†)

1491. *Tullius de Officiis cum commentariis Petri Marsi eiusque recognitione. cuius epistolas quaeso perlegas et in principio et in calce operis editas. Insunt preterea Paradoxa; de amicitia; de senectute. Cum interpretibus suis.* (††)

— *Absolutum per Iacobum de paganinis, Brixiensem, summa cura ac diligenti studio. MCC-*

(†) Aliam huius libri editionem Augustae Vindel. per *Io. Schoensbergerum* A. 1493 proditam, uide supra.

(††) Opusculum de *amicitia* interpretatus est *Omnibonus Leonicenus*; de *senectute*, item et *paradoxa*, *Martinus Philelticus*. Hunc librum annotauit Maittaire, *pag.* 310; sed typographo non simul indicato.

MCCCCLXXXXI. die XV Martii. VENETIIS. fol.

* 1491. *Sphaera Mundi.* — . *Ioannis de Sacro busto sphaericum opusculum una cum additionibus non nullis litera A sparsim ubi interserta sint signatis: contraque Cremonensia in planetarum theoricas delyramenta Ioannis de Monte regio disputationes.* etc.

— *Hoc quoque* sideralis scientiae *singulare opusculum impressum est Venetiis per Magistrum Gullielmum de Tridino de Monteferrato* (†) *Anno salutis M. CCCC. LXXXXI. die XIII Ianuarii.* in 4.

* 1493. *Egidii Romani Commentaria in VIII Libros Physicorum Aristotelis.*

— . *Impressa in almo gimnasio patauino impensis ac diligentia solertissimi uiri Hyeronimi Durantis impressoris accuratissimi.* (††) *anno salutis M. CCCC. XCIII. die XV mens. Octobris.* etc. fol.

(†) Idem typographus A. 1490 impressit *Raphaelis Regii enarrationes in Epistolam Plinii, qua libri Historiae natural. Vespasiano dedicantur*, et alia; quibus subscribitur *Gulielmus Tridinensis, cognomento Anima mia.* Vid. Maittaire, *pag.* 217.

(††) Huius *Durantis* sic fit mentio apud Maittair. *pag.* 325: *Egidii tractatulus de cognoscendis Vrinis. per Bernardinum Venetum, expensis Ieronymi Duranti, Venet.* 1494.

STAATL.BIBLIOTHEK
REGENSBURG

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schwarz, Christian Gottlieb, / Hoffmann, J. C. / Roeder, Johann Paul,

Index Qvorvndam Librorvm Saecvlo XV Impressorvm, Qvos Possidet Altorfii Christianvs Gotlib Schvvarzivs, P. P

Norimberga 1727

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/A.Diss.9634
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11077269-8
VD18 1136811